Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

eram et collegistis me. Nudus eram et cooperuistis
me. Infirmus et uisitastis me. In carcere eram
et uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicen-
tes. Domine quando te uidimus esurientem et pauimus. sitien-
tem et dedimus tibi potum. Quando autem te uidimus hospitem
et collegimus. aut nudum et cooperuimus te. Aut
quando te uidimus infirmum aut in carcere et uenimus ad te.
Et respondens rex dicet illis Amen dico uobis. quia
diu fecistis uni de his fratribus meis minimis. mihi
fecistis Tunc dicet et his qui a sinistris erunt.
Discedite a me maledicti in ignem eternum. qui paratus
est diabolo et angelis eius. Esurui enim et non dedistis
mihi manducare. Situi et non dedistis mihi potum.
Hospes eram et non collegistis me. Nudus et non
operuistis me. Infirmus et in carcere et non uisitas-
tis me. Tunc respondebunt ei et ipsi dicentes Domine
quando te uidimus esurientem aut sitientem aut hospitem
aut nudum aut infirmum aut in carcere et non ministrauimus
tibi. Tunc respondebit illis dicens Amen
dico uobis. quia diu non fecistis uni de minoribus his
nec mihi fecistis Et ibunt hi in supplicium aeternum.
iusti autem in uitam aeternam.

Pat

aut diebus docens in templo. noctibus uero exiens
morabatur in monte qui uocatur oliueti. ut ibi vacaret orationi Et omnis populus manicabat ad eum et mane
accelerabat venire ad eum in templo ad audiendum
illum attentus efficacia et dulcedine
doctrine eius Cum autem tanta signa fecisset coram